Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio nona.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

rurſum crucifigentes ſibimet-
ipſis filiū dei ⁊ oſtētatui ha-
bentes. ℟. Agnus dei chriſt⁹
immolatus eſt pro ſalute mū-
di: nam de parentis protho-
plaſti fraude factor condolēſ
quando pomi noxialis morſu
in mortem corruit Ipſe lignū
tunc notauit damna ligni vt
ſolueret. ℣. Chriſtus factus
eſt pro nobis obediens vſq
ad mortem mortem autē cru-
cis Ipſe. Lectio nona.
Confidimus aūt de vob di-
lectiſſimi meliora ⁊ viciniora
ſaluti tametſi ita loquimur.
Non enim iniuſtus deus vt
obliuiſcatur operis veſtri ⁊ di-
lectionis quam oſtendiſtis in
nomine ipſius qui miniſtratiſ
ſanctis ⁊ miniſtraſtis. Cupi-
mus vnumquemq veſtrum
eandem oſtentare ſollicitudi-
nem ad expletionem ſpei vſq
in finem vt non ſegnes efficia-
mini: verum imitatores eorū
qui fide et patientia heredita-
bunt promiſſiones. ℟. Sicut
ouis ad occiſionem ductus ē
⁊ dum male tractaretur non
aperuit os ſuum Traditus ē
ad mortem vt viuificaret po-
pulū ſuū. ℣. In pace fact⁹ ē lo-
cus eius Traditus eſt. Repe-
tit ℟. loco Gloria ⁊ Te deū
Statim ſequitur laudes ſi-
ne Deus in adiutorium An̄.
O mors ero mors tua mor-
ſus tuus ero inferne. ps̄. Mi-
ſerere. An̄. Plangent eū qua-
ſi vnigenitum quia innocens
dominus occiſus eſt. ps̄. Iu-
dica me deus ⁊ diſcerne cam
meam. an̄. Attendite vniuer-
ſi populi ⁊ videte dolorē meū
ps̄. Deus deus meus. An̄a.
A porta inferi erue dn̄e aiam
meam. ps̄ Ego dixi. an̄a. O
vos om̄es qui tranſitis ꝑ viā
attendite ⁊ videte ſi eſt dolor
ſicut dolor meus. ps̄. Lauda-
te. Statim ſequitur ℣. In pa-
ce. Super bened an̄. Mulie-
res ſedentes ad monumentū
lamentabantur flentes domi-
num. ps̄. Benedict⁹ ſine Glā
Sequitur ℣. Ieſu chriſte ⁊ ce-
tera ſicut heri excepto lꝫ loco
tertij verſus Qui expaſſis di-
citur ℣. Uita in ligno moritˀ
infernus, ex morſu deſpoliatˀ.
Loco ℣. Proprio filio legatˀ
℣. In pace fa quotiens opus fu-
erit. Ad primam ⁊ ad om̄es
horas ſicut heri preter ℣. qui
erit In pace factus eſt locus
eius.